



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

XXVI. Kardinal Albrecht genehmigt die neue Brüderschaft St. Jacobi zu
Osterburg, am 23. December 1519.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

laten hangen benedden an dessen mynen bref open, de gegeven vnd schreven ifs nach Christi gebort duisent viffhundert, darna Ihm Negenteynten Jare, abm dage Sancti Martini episcopi.

Nach einer vom Herrn Pastor Bartsch mitgetheilten Abschrift des Originals.

XXVI. Kardinal Albrecht genehmigt die neue Bruderschaft St. Jacobi zu Osterburg, am 23. December 1519.

Albertus etc. Ex parte dilectorum nobis in christo Jacobi Curdes, altarisite, et Nicolai Saligen, laici, ac aliorum Incolarum oppidi osterborg, Halberstadenis nostre dioecesis ad nos fida relatione est deductum, qualiter ipsi bone deuotionis zelo concitati In laudem dei, diuini cultus augmentum ac omnium christi fidelium animarum salutem quandam confraternitatem nouam sub Inuocatione Sancti Jacobi apostoli ibidem in Osterburgk ex suis inuicem contributis et re-collectis bonis et elemofinis cum erectione Imaginis Sancti Jacobi et cuiusdam candelee perpetue presertim in sanctorum festiuitatibus accendende Instituire et erigere decreuerint Sub ordinationibus infra-scriptis, videlicet quod annuatim quattuor memorie seu exequie defunctorum diebus et temporibus oportunis cum vigiliis et missis pro ipsorum confratrum et sororum animarum salute obseruentur et celebrentur sub deputatione salarii competentis plebano et ministris ecclesie ex erario communi eiusdem fraternitatis persoluendi; voluerunt insuper prememorati exponentes, quod ab omnibus et singulis ad huiusmodi fraternitatem inseribi cupientibus vna libra cere et singulis quattuor angariarum temporibus duo denarii currentis monete persolui etc. in testamento deeedentium fratrum iuxta eorundem facultatem elemofina in vim testamenti citra tamen quorumcunque preiudicium pro predictae fraternitatis conseruacione testari debeat, Quodque dicti fratres semel in anno in loco honesto conuenire et a prouisoribus eiusdem fraternitatis pro tempore deputandis Rationem debitam de singulis perceptis et expositis exigere, recipere et re-collectas elemofinas pro laude dei oportune expendere possint, prout hec et alia premissa nobis sunt lucidius exposita. Vnde nobis humiliter est supplicatum, quatenus eciam ipsam noue fraternitatis Institutionem vna cum ordinationibus suis premissis licitis et honestis auctoritate nostra ordinaria admittere, ratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur Albertus, Cardinalis, Archiepiscopus, primas et administrator prefatus, qui ex suscepti, regiminiis cura ad diuini cultus augmentum astringimur, petitionibus predictorum exponentium tanquam piis et Rationi consonis fauorabiliter inclinati Eandem fraternitatem sancti Jacobi ex certa nostra sciencia admittimus, approbamus et confirmamus Ea tamen moderatione adhibita, quod ydem fratres vtriusque sexus ad eandem assumendi licitam, Sanctam et Honestam ac deo gratam inter se habeant fraternitatem, qua se inuicem mutua charitate ac orationum elemofinarumque beneficiis et suffragiis fraterne prosequantur Et ad illam non nisi honestas personas absque quouis illicito pacto recipiant et admittant Suasque exequiarum Missas et vigiliis temporibus et locis prescriptis honorifice et deuote celebrent, peragant et obseruent. Si quam vero aliquando inter se fortassis essent habituri refectionem, quam tamen non aliter, nisi semel in anno dumtaxat nec vltra aliquatenus

feri Indulgemus, quod illam cum honestate et moderamine cibi et potus ac grauitate congrua sobrietateque faciant Et mox inde discedant Nec in gurgitationibus seu crapule aut ebrietati vacent Neque inter se quicquam noui, presertim quod canonicis quomodolibet contraire possit institutis Seu dissonum sit rationi, statuunt vel ordinant, de quo nobis et successoribus nostris semper examinandi, interpretandi, commutandi, cassandi et reuocandi potestatem referuamus, dum et quotiens visum fuerit oportunum. Volentes quoque prememoratam fraternitatem ob reuerentiam omnipotentis dei, honorem Sancti Jacobi apostoli patroni et prefatorum exponentium sincere deuotionis affectum vberiori fauore prosequi graciosè, Omnibus et singulis vtriusque sexus christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui memoriis seu exequiis et Missis premissis quater In Anno, vt prefertur, celebrandis interfuerint deuote aut coram prefata imagine Sancti Jacobi preces deuotas ad deum fuderint vel pro vberiori eiusdem fraternitatis iustauratione et conseruatione manus quomodolibet porrexerint adiutrices, toties quociens id fecerint, de omnipotentis dei misericordia necnon beatorum petri et pauli apostolorum auctoritate ac sanctorum Mauriti et sociorum eius Martini atque Steffani, nostrorum patronorum, meritis confisi et ex indulto apostolico Centum et quadraginta indulgentiarum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Insuper auctoritate nostra ordinaria, qua super eisdem fratribus et sororibus vt non obstantibus quibuscunque cassationis, suspensionis vel interdicti sententiis in locum vel ecclesiam per nos nostrumque officialem aut sacrorum statutorum prouincialium Concilii Moguntinensis per ciuitatem et diocesim Halberstadensem deputatum executorem fulminatis vel positis Excommunicatis et Interdictis exclusis huiusmodi exequias quater in anno cum solemnitatibus debitis peragere Necnon fratres et sorores de dicta fraternitate tempore interdicti decedentes cum furerali pompa, dummodo tamen decedens causam non dederit interdicto, ecclesiasticè sepulture tradi possint et valeant, presentibus fauorabiliter indulgemus. In quorum omnium fidem et euidentis testimonium has litteras exinde fieri nostrique Sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum in Aula nostra Archiepiscopali Magdeburgensi, Anno a Natiuitate domini Millesimo quingentesimo decimo nono, die veneris, vicesima tertia mensis decembris, Etatis Tricesimo, Cardinalatus secundo, pontificatus vero nostri Sexto annis.

Aus dem Bischöfl. Halberstädt. Litterarium de 1514 ff. (Cop. N. 116) f. 250 im R. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXVII. Kardinal Albrecht erneuert und bestätigt die Kalands-Brüderschaft in Osterburg,
am 23. Dezember 1519.

Albertus etc. Ex parte dilectorum nobis in christo prouisorum fraternitatis Calendarum in oppido Osterborg, Halberstadenfis nostre diocesis nobis expositum est, Qualiter dicta fraternitas dudum a predecessoribus suis confratribus ob spem salutis eterne, quod in christifidelium animarum remedium quondam salubriter instituta ac per Reuerendum in christo Albertum, quondam episcopum Halberstadensem, predecessorem nostrum, litteris suis coram nobis exhibitis confirmata necnon secundum statuta et consuetudines qualdam laudabiles annuo cum quaternis exequiis defunctorum ac quibusdam festis paratis hactenus solemniter obseruata et celebrata existit. Vnde nobis humiliter